Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Cxxxviij

138

lui: dicebat primo. Quanti debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam. et sedens cito. scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes: Qui ait. Centum chorros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset. quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. facite vobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defecerits recipiant vos in tecta tabernacula. offertorium

Iubilate deo omnis terra seruite domino in lætitia introite in conspectu eius in exultatione quia ipse est deus noster. secreta

Concede nobis quæsumus domine hæc frequentare mysteria: quæ quotiens huius hostiæ commemoratio celebratur. opus nostræ redemptionis exercet. Postcommunio

Primum quærite regnum dei et omnia adicientur vobis dicit dominus. Ad complendum

Qui nobis domine. in unitate sancta: et purificatione confirmat et tribuat unitatem. Ad fratres. Ad romanos. Fratres: Nolens quidem ut exhibeamus vos seruos omnipotentis dei. seruientes domino omnipotenti obedientiam. sive peccati in mortem sive obedientiæ ad iustitiam. Gratias autem deo: quoniam fuistis seruientes peccati. obedistis autem de corde in eam formam doctrinæ. in qua traditi estis. liberati autem a peccato. seruiebatis estis iustitiæ. In xpo ihesu domino nostro. Secundum lucam

Nullus. Q. do. i. d. l. Qui fidelis est in minimo. et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis. quod verum est quis credet vobis. Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis. Nemo seruit duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet et alterum diliget. Aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mamonæ. Audiebant autem hæc omnia pharisei qui erant auari: et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est abhominatio est apud deum. Feria iij. l. petri

Rum: Nolite peregrinari in seruore qui adeuenit vobis fit. qui nouum vobis aliquod contingat: sed communicantes xpi passionibus gaudete. ut et in reuelatione gloriæ eius